

CXXIII.

- U. 69 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 127. 4. calamo currente ipsius Autoris scriptus, resectus, inculcatus, ut primos mentis conceptus in chartam coniectos agnoscas, continet *Explanationem Geneseos* ab initio usque ad C. II. v. 1. jam affectum. Initium est: *In principio creavit Deus celum et terram. Hoc uerbum introducens beatus augustinus XI^o. de Civ. Dei dicit ita. Quod deus fecit mundum. nulli potius credimus quam ipsi deo &c.* Si de Autore quaeras, *Henricus de Hassia* est, cujus Continuatio in eundem Librum mox adferetur.

CXXIV.

- U. 36 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 450. f. currente calamo per duas columnas exaratus, rubricis distinctus, et olim legatus ad *liberariam Collegij beate virginis Marie Rubee rose a Johanne Hoffmülner Ecclesie sancti Stephani magistro chori*, ut praenotatum, continet vastum Commentarium in *Caput III. Geneseos*, qui inscribitur: *Tercium capitulum*, unde conji- cio, Partem esse superstitem *Expositionis in Genesin* ab ejus principio coeptae. Est vero hoc ingressu: *Sed et serpens erat &c. secundum diuisionem in principio istius zij capituli gen. in tres partes factam hic incipit tertia pars in qua posteaquam in pertractatione precedentis partis descriptus est status innocentie &c.* Quantum sibi indul-

geat *Interpres noster*, vel ex eo patet, quod mox diversas *Serpentum species*, puta *Aspidem, Regulum, Dypsadem &c.* fufe describere instituat. Sed et in omnem fidei morumque doctrinam late expatiatur, ut *Rubricae* paginis superne impositae demonstrant. Finit tandem *fol. 432. p. 2. uel illa que committitur in commutationibus uel distributionibus*. Sequuntur *Indices* duo, quorum posterior a *fol. 305.* ducitur. De *Plantatore Gymnasia nostri Henrico de Hassia* refert *Trithemius in Catal. illustr. Viror. Germ.* inter alia: *Abundans et diffusus, quippe qui multis annis in lectura geneseos consumptis vix ad quartum capitulum libri pervenit, ac totidem volumina complevit.* Itaque hic iterum *Volumen ejus III. teneamus.*

Vestit illud postice *Membrana Biblica elegantissimo charactere hebr. in Germania*, ut videtur, exarata a *Libri Num. c. 8. v. 11.* verbis: *והנהיף אהרן את הלויים בגדיהם ויגף — וכבסו*

CXXV.

- U. 64 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. exeuntis Folior. 182. 4. currente calamo perscriptus, multis lituris, et emendationibus cum in textu, tum ad margines scatens, atque ita comparatus, ut *πρωτογραφος* videri debeat, complectitur *Commentaria in Genesin* a *C. III. ad ejus v. 17.* Testatur *Joh. Eckius*, dum concertationum scholastica-

lafticarum gratia Univerfitates ftudiorum obiret, annoque 1516. Viennam quoque delatus effct, in Epiftola inde ad Epifcopum *Eichftad.* data, quae *Conjpectui Hift. Univ. Vien.* P. II. p. 88. inferta eft, vidiffe fe inter Opera a Doctoribus *Vien.* fcripta *carnofiffimos Commentarios in Librum Genefeos Henrici de Langenftain Haf-fae*, illius videlicet primi *Gymnafii Vien.* Plantatoris ab Alberto Duce a. 1379. *Parifis* evocati. Atque primas meditationes horum *Commentariorum* in hunc Codicem effufas effe ab *Henrico* Literae quaedam ad illum datae, quarum dorfis conceptus fuos adlevit, locisque fuis adfutae credibile faciunt. Agunt hae Literae de permutatione *Praebendae*, qua, quod nemo haftenus dixit, Nofter *Leodii* fruebatur. Et prima quidem ad fol. 9. eft *M. Arnoldi de Emeliffe* absque anno fcripta *ipfo die Johannis Ewangelifte*, cujus partem

Codicis compages celat; duae vero ad fol. 12. infertae funt: una fubfignata: *Johannes de ftaleni Scolasticus et confrater vester minimus. Leodij in vigilia natiuitatis chrifti*; altera: *Servitor vester in omnibus G. de Calker prepoftus*, quam *Colonia* datam colligo, quaeque finit: *recommendo etiam vobis M. Ottonem et Guillelmum confanguineos meos ac alios ftudentes de colonia quos ad ftudium wien. alias direxi.* Neutra integre per Codicis ligamen legi jam potest; comparent tamen in tergo pofterioris haec: *domino Magiftro Henrico de — Wyeñ. doctori.* Ad fol. 50. inferta eft Formula *Professionis Canoniorum Regular.* et fol. 128. p. 2. *Rudimenta Verficulorum*, quibus pangendis delectabatur *Henricus*, comparent. Sunt vero lufus varii de quorundam *Animalium* indole ad mores adcommodati. Ita:

Qui fugit ut cancer, fugiendo facit fapienter.

Cur? Quia confpectus ad mala femper habet.

Similia de Leone, Serpente, Vulpe, Lupo &c. diverfimode reffcripta et correcta.

CXXVI.

U. 127 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 276. f. non una manu, probe tamen fcriptus, et rubro pernotatus hanc praefert Notam: *Collegio ducali ftudij Wienn. Magifter wolffgangus bewndl (Heindel) de fwadarff (pago infer. Audenis Codd. Theol. V. II. P. I.*

fr.) *baccal. sacre theologie formatus, atque collegij praefati collegiatus hunc librum eft testatus.* Nihil de hoc Viro fignatum reperio praeter gefum a. 1472. *Philofophiae Decanatum.* Sequitur: *Le&ure fuper exodum et pauli apoftoli ad colofenfes epiftolam pro curfibus per predictum magiftrum le&e.* Incipit prior: *Le&urus nunc 2^m penthateuci librum Exodum fcilicet antequam litteram ipfam aggrediar quedam preuia quemadmodum*

N

dum